Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



acceperunt Imperij capitanij dici possunt
iuxta notata communiter ad cap: Quis
dicatur Dux quasi præcipua sit Ducum Mar-
chionum Comitum ut Eguinarius Baro int-
ptatr lib: 2do meth: et iure benefi: cap: 3.
Maxime vero huic argumento locus est
in his nostris Comitibus qui non solum an-
te Annos 80. ab Imperatore et Imperio ut
exhibitæ investituræ testantur et comitatu
Ortenburg regalibus mero Imperio Iure
conductus seu des Helaidts asyli et For-
resti des Wildtbanns investiti fue-
runt sed et ex Auentino Lazio Struberck
et fascano Gallo, alijsq probatis Histori-
cis, ostendi pt quorum maiores principali-
bus dignitatibus claruerunt, et à Cæsare
Heinrico filio Friderici 2di minoris auri
et Argenti Imperij noie donati sint, q oia
inter regalia recensentur. Quæ sint Re-
galia in usib: feud: Et sic satis apparet
Iam olim eos fuisse in ordinibus Imperij
cum ergo ex antiquitate præsumatur, de
præsenti, imo plane probetur si præsens status
congruat et concurrat cum præterito Conuar.
ad capit: poss: mala fidei et regulis Iuris
in sexto 2dæ partis relect: §. 1. Nostri au-
tem Comites comitatum suum ut feudum
dignitatis ab Imperatoribus per multos an-
nos acceperint et adhuc ita possideant, eoq
nomine Imperatoribus tributa et indictio-
nes præstent, q pro regalibus inducuntur Scur-
phius Cons: 9. nu: 26. Cent: 1. Paris: consil:
25. num: 2. lib: 3. Clarus. lib: 1. sentent: